



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 11. Epistola ad Episcopos Siciliæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

quæ sub Sancti Augustini Nomine in an- Sæculum V.
tiquo Canonum Ecclesiæ Romanæ Co- A. C. 447.
dice legitur. Ecclesia S. Turibii Episco-
pi Memoriam decima sexta Aprilis ve-
neratur.

§. XI.

Epistola ad Episcopos Siciliæ.

Episcopi Siciliæ non solum in Paschate,
& Pentecoste, sed etiam in Epiphanya
baptizabant, ut honorem haberent
illi diei, qua JESUM Christum Baptismum
accepisse credebant. Ubi istud S. Leo *Ep. 16. al. 4.*
comperit, ad eos Epistolam dedit, ut abu- *v. Not. I.*
sum tolleret, & hortabatur, ut seque- *Quesn.*
rentur Disciplinam sanctæ Sedis, cui Con-
secrationem Episcopalem deberent. In-
de cognoscimus, in Provinciis Suburbia-
riis, nempe in Parte Italæ ad Meridiem
sita, & in Sicilia, neminem præter so-
lum Papam Episcopos consecrassæ. In
ea Epistola S. Pontifex inquit: *Tota JE-*
su Christi Vita unus Miraculorum, &
Mysteriorum contextus fuit; at quia Ec-
clesia simul omnia die una celebrare non
poteat, singulorum Memoriam diversis
diebus recolere statuit. Baptismus de
Christi Morte, & Resurrectione suam vir-
tutem principaliter traxit, & idem Sa-
cramentum præ cæteris tam unum, quam
alterum Mysterium magis expresse re-
presentat; Christi mors in Baptismo ex-
bibe-

Sæculum V. hibetur, dum peccatum extinguitur, in
A. C. 447. dies, quibus in sepulchro fuit, immersione
 ter repetita repræsentantur, Crucifixio
 Resurrectionem Baptizati egressus ex
 qua adumbrat. In Die quoque Pentecostes baptizare solemus, ut illorum salutis
 consulatur, qui tempore Paschali bapti-
 zari non potuerunt, quod forte morbi
 vel itineris, vel quacunque alia causa im-
 pedirentur; nam Descensus Spiritus S.
 Resurrectionis Salvatoris Nostri fructus
 est. S. Petrum in Die Pentecostes tria
 millia Hominum baptizasse, legimus. Ex-
 go his duobus solum Diebus S. Baptismus
 conferendus est, & quidem inter cæteros
 Electos, postquam exorcizati, examinati,
 jejuniis sanctificati, & frequenti Cathe-
 chizatione fuerint præparati. Duabus
 hisce diebus tantum illi legitime bapti-
 zantur, qui Sanitate, & Libertate fru-
 untur; at vero emergente Necessitatibus
 casu, puta, mortis periculo, urbis Oppri-
 mione, Persecutione, metu naufragii, omni
 tempore baptizare licet.

Act. 2.37.
c. 6.
c. 5.
c. 6.

Ad argumentum, a JESU Christi Ba-
 ptismo sumptum, S. Leo primo notat,
 non esse extra dubium, an in Die Epiph-
 niæ baptizatus fuerit, sed solummodo
 dicit, non nullos hoc existimare; præte-
 rea JESUM Christum nihil aliud, quam
 S. Joannis Baptismum accepisse, idque fa-
 ctum, ut adimpleret omnem Justitiam, &
 Exem-

Exemplum daret, ea ratione, qua cir- Sæculum V.
cumcisis esset, & Cæremonias Legales A. C. 447.
observasset, sed Baptismum instituisse in S. Leonis E-
Morte sua, per Aquam, quæ ex latere pistola.
ejus cum Sanguine effluxit. Ut unitas
Disciplinæ melius conservaretur, S. Leo
tres ex Sicilia Episcopos singulis annis ad
diem 29. Sept. Romam venire jubet, in-
terfuturos uni ex duobus Conciliis, sin-
gulis annis juxta Canones celebrandis.
Hanc Epistolam pertulerunt Episcopi
Bacillus, & Paschasinus, quibus manda-
tum, ut deinde ad Papam referrent, an,
quæ præcepisset, effectui data fuissent.
Hæc Epistola duodecimo Kalendas Nov.
Alipio, Calipio, & Ardaburo Consulibus,
nempe 21. Octobr. anno 447. data est.

Initio anni superioris S. Leo ad Sene-
cionem scripserat, aliosque Achaiæ Me-
tropolitas, sex enim numerabantur, hor-
tatus, ut Episcopo Thessalonicensi obe-
dirent. Gratum sibi accidisse edixe-
rant, quod S. Leo Anastasium Thessalo-
nicensem suum in Illyrico Vicarium con-
stituisset, nihilominus ex his Metropo- *Leo ep. 13.*
litis aliquis sæpe illicite ordinaverat, &
quod pejus, Civitati Thespiensi Episco-
pum dederat, virum omnibus ignotum.
S. Leo omnes admonet, ut in Concilio
Generali Illyrici compareant, quando
vocati fuerint, nempe, ut duo, tresve
Episcopi ex singulis Provinciis mittan-
tur.

Sæculum V. tur. Declarat, Metropolitæ pro lubi
A. C. 447. suo absque Cleri, & populi consensu Epis-
 copum ordinandi potestatem non esse.
 Hæc Epistola octavo Idus Jan. Aetio
 & Symmacho Consulibus, id est, sexto
 Jan. anno 446. data.

§. XII.

*Procli obitus. Flavianus Episcopus
 Constantinopolitanus.*

Men. Græc. Proclus e vivis abiit 24. Octobr. anno
Niceph. Chr. 447. postquam in Cathedra Constan-
Sup. XXVI tinopolitana annos tredecim, & Menses
§. 30. tres sedisset. Successorem habuit Fla-
 vianum Presbyterum, & ejusdem Eccle-
 siæ Thesauri Custodem. Hæc Electio

Chrysaphio, Evnicho, Cubiculariis Pra-
 fecto, qui Flavianum oderat, dispuicuit.
 Is Imperatorem excitavit, ut a Flaviano
 Eulogias in grati animi signum pro Bene-
 ficio Ordinationis suæ peteret; misit
 Flavianus panes candidos in Benedic-
Niceph. hist. nis signum. Chrysaphius, aliud Bene-
XIV. 47. dictionis genus cogitans, misit, qui Epis-
v. Garn. diff. copo dicent, aurum a se expectari;
de lib. Theod. respondit ipse, nullum sibi esse aurum, ni-
ad ep. II. si Sacra Vasa; Ecclesiæ vero Bona non
 sua esse, sed Dei, & sublevandæ paupe-
 rum inopiæ destinata. Exinde Chrysa-
 phius propositum cepit, nihil intentatum
 relinquere, quo Flavianum Episcopali Se-

s. L
 de
 for
 Au
 bi,
 ut
 mo
 ope
 Fla
 nif
 pil
 dic
 Fla
 per
 ad
 sua
 co
 for
 tu
 Th
 pa
 ar
 ju